

cioni nostre ipsi pariter ambo presentes · ipsam gratanter acceptarunt ex vnanimi assensu et mutuo obligarunt se bona fide ac inuiolabiliter seruandum eandem · Datum Lincopie anno domini Mecc lx secundo jn crastino conuersionis sancti Pauli apostoli sub nostro et capituli nostri sigillis ·;

Överskrift: littere prebende Erici

<sup>a</sup> Sic.

6579.

(1362?) februari 1.<sup>1</sup>

Enköping.

Konung Håkan av Sverige och Norge meddelar i brev till ärkebiskop Petrus i Uppsala, att herr Laurentius i Enköping samma dag infunnit sig hos konungen och förklarat, att han icke längre ville kvarstå som föreståndare för hospitalet där, vartill han förordnats av ärkebiskopen, utan önskade avsäga sig ämbetet och överlåta det till konungens »clericus» herr Henrik i Torstuna på villkor, som ärkebiskopen närmare kunde erfara av domprosten i Uppsala herr Birger, till vilken konungen samtidigt skreve ett utförligare brev. Då herr Laurentius alltså frivilligt avsagt sig tjänsten, såsom han även muntligen eller skriftligen komme att själv göra inför ärkebiskopen, beder konung Håkan ärkebiskopen att göra herr Henrik till föreståndare för hospitalet, oaktat denne av konungens ärenden var hindrad att resa till ärkebiskopen för att mottaga tjänsten. Både konungens fader (konung Magnus) och han själv vilja bifalla överlåtelsen och skola stå i desto större förbindelse till ärkebiskopen, vars snara svarsskrivelse om beslutet avvaktas.

Orig. på papper (28 × 20,2 cm; 2 + 17 rader), Sv. Riksark. (= Sv. RA Pappershandl. 1351—1400 n. 6).

Per nos Haquinum dei gracia Swecie et Norwegie regem

Sincera jn domino salutacione premissa · Reuerende pater amice noster dilecte domine archiepiscopo Vpsalensis. Noueritis quod hodie accessit ad nos · dominus Laurentius de Enecopia · et dixit quod propter quasdam certas causas · nolebat amodo · apud hospitale ibidem · cuius prouisionem et jpsius bonorum amministracionem ad tempus ex ordinacione vestra tenuerat / quomodolibet remanere / sed quod vellet ab huiusmodi amministracionis officio separari penitus et absolui / et jpsum hospitale · ad manus vestras resignare · Ea tamen racione / quod dilecto clerico nostro domino Henrico de Thorstunom · prouisionem et amministracionem jpsius hospitalis committere velletis sicuti per dominum Birgerum prepositum<sup>a</sup> ecclesie vestre · cui de hoc lacius jam scribimus poteritis plenius jnformari · Quapropter paternitatem vestram rogamus attente · vt cum jdem dominus Laurentius non coactus vel jnuitus · sed · ex voluntate libera prout jipse personaliter vobis dicet · vel forsā per litteras suas dici faciet a supradicto amministracionis officio · petierit se absolui · velitis eundem clericum nostrum dominum Henricum eidem preficere hospitali · sibi · prouisionem et amministracionem hospitalis predicti · ac personarum jnibi manencium bonorumque omnium mobilium et jmmobilium ac prediorum ad jpsum spectancium · committentes · Non obstante quod jdem dominus Henricus · nostris jmpeditus negociis · ad vestram pronunc presenciam / pro acceptando de vobis officio huiusmodi nequeat se transferre · Et sciatis quod tam carissimus dominus noster et pater quam nos huiusmodi factum ratum habebimus · jpsique paternitati vestre ad quevis beneplacita · erimus eo fortius obligati · Jn domino semper valeatis Et quod jn jsto faciendum decreueritis nobis celeriter rescribatis Scriptum Enecopie prima die mensis februarij ·

På baksidan: (med samma hand) Venerabili Jn christo patri Amico nostro dilecto  
 Domino Petro diuina prouidencia archiepiscopo vpsalens̄i detur hec  
 (med yngre hand) Super hospitalj enecopens̄i  
 (med yngre hand) (Uppsala domkyrkas lådsignum) j iij

Spår av det kungliga sigillet i grönt vax (5 cm i diameter) finnas på baksidan av det ursprungligen hopvikta brevet.

<sup>1</sup> Brevet saknar årtal. Laurentius hade fått fullmakt 1357 <sup>13</sup>/<sub>6</sub>, och herr Henriks ställföreträdare fick efterträdare 1364 <sup>4</sup>/<sub>10</sub>. Enligt ett notariatsinstrument 1381 <sup>16</sup>/<sub>7</sub> (vid. 1414 <sup>6</sup>/<sub>2</sub>, SD 1902) hade konung Magnus samma år, som han efter sonen Eriks död (1359) övertog regeringen, vid besök i Enköping utnämmt Gregers Petersson till hospitalsföreståndare men efter invändningar av ärkebiskopen m. fl. genast låtit Laurentius återfå befattningen. Henrik Henriksson innehade hospitalet 1363 <sup>3</sup>/<sub>8</sub> (se supplik s. d.) och var då konung Håkans kansler. Konung Håkans brev om att han valts till konung i Sverige med deltagande av Finlands lagman är daterat 1362 men först den 15 februari (SD 6584).

<sup>a</sup> *Härefter överstruket vestrum ms.*

6580.

1362 februari 3.

Linköping.

Biskop Nicolaus i Linköping förordnar för att höja domkyrkogudstjänstens värdighet genom medverkan av många residerande kaniker och efter rådplägning med kapitlet, att de biskopen tillkommande tremarksböterna vid avlösning av mandräpare hädanefter skola uppbäras av de tjänstgörande kanikerna och fördelas mellan dem i förhållande till den tid, som de residerat vid domkyrkan. Landsprostarna förbjudas vid exkommunikationsshot att hädanefter kyrkotaga mandräpare, som i stället skola sändas till domkyrkan och kyrkotagas av kanikerna.

Registrum eccl. Lincopensis membr., fol. 12 r, bland 'Privilegia episcoporum'. — Avskrifterna i de Sparre-Bielkeska kopieböckerna (bl. a. B 7 och B 9, Sv. Riksark.) äro gjorda härefter, ej efter orig.; jfr E. Nygren, *Registra eccl. Lincopensis* (1941) s. 130 f.; B. Lundberg i *Nordisk tidskr. för bok- och biblioteksväsen* 1944, s. 112.

Referat i Bonifacius IX:s stadfästelsebulla 1403 <sup>9</sup>/<sub>6</sub> (SD 342).

Nicolaus miseracione diuina episcopus Lincopensis dilectis filiis vniuersis et singulis prepositis sue dyocesis in domino dileccionem et salutem · Cordi nobis est ut dominj dei nostri cultus reuerenter agatur et ministrancium in domo dominj numerus · diuina nobis fauente clemencia feliciter augeatur · Quapropter volentes dilectos fratres nostros canonicos capituli nostri continuam apud ecclesiam ipsam residenciam facientes benigno quodam fauore respicere · <sup>a</sup> ipsis · habita cum capitulo nostro super hoc deliberacione diligenti de emendis nostris pecuniariis que pro reatu homicidij recipi consueuerunt · liberali et perpetua largicione donamus ut tres marchas denariorum quas pro sua absolutione homicida quicumque soluere tenetur · <sup>b</sup> eisdem canonicis nostris eo tempore quo in ecclesiam introducitur soluere debeat · solutam autem pecuniam eandem et per canonicos predictos receptam pro tempore quo vnusquisque eorum apud ecclesiam resederit proportionaliter diuidi volumus inter ipsos · Vobis igitur omnibus et singulis prepositis predictis in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis sententia firmiter et districte precipimus<sup>c</sup> ne quemquam homicidarum cuiuscumque status aut condicionis existat in ecclesiam introducere audeatis / <sup>d</sup> sed homicidas ipsos omnes indifferenter ad ecclesiam nostram maiorem Lincopensem remittatis · ut ibidem introduccionis munus accipiant<sup>d</sup> et nichilominus vos predictis canonicis nostris fidelitatem prestetis · <sup>e</sup> quod neque per vos neque per alios neque publice neque occulte ipsos in emenda predicta fraudetis uel fraudari permittatis Si quis autem vestrum tale quid admiserit